

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

Ria sunt hominum genera, qui cùm dispares sint animis, in mortis commentatione dissimiliter afficiuntur. Nonnullos enim reperire licet, qui omnem mortalitatem pro nihilo ducunt, & stultum esse putant, illud mali, quod nulla ratione præcaveri possit, vel anxie metuere, vel acerbè deplorare, vel impatienter ferre. In diem itaq; liberè vivunt, & sibi nihil non promittunt, & porcorum instar habere se opinantur, qui in hara saginati tandem ad Domini arbitrium maectantur. Alii contrà, si funera vel aliena vel domestica coram intueri, & efferre cogantur, tantoperè expavescunt & cohorrescent, ut desperabundi naturam incusent graviter, & ipsi Deo litem movere non dubitet, quod dívinum hoc animal, & mundi vinculum, ac finem tortus universi, tam nihil fecerint, & more bestiarum morti & corruptioni mancipare voluerint. Neq; raro fit, ut hi *μεμένοι*, morte voluntaria mortem suam antevertant, & ne olim diem suum subi-
re cogantur, manus sibi violentas afferant. Tertium deniq; genus eorum est, qui inter desperationem & mortis despiciéntiam medium insistunt viam, & multis quidem lachrymis tortus generis humani misériam prosequuntur; sed interim tamen animos suos erigunt, & certa spe secuturæ immortalitatis, quam morte simul & vita sua, FILIUS DEI, nobis peperit, hanc ærumnam solantur. Et hi quidem ipsi non tantum patienter suorum ferunt obitus, sed animis etiam haud iniquis mortem, si avocentur à Deo, oppetere possunt. Neq; enim major homini contingere potest felicitas, quam si ad hunc modum summum nec metuat diem nec optet, seu potius, si, ut gentium Apostolus loquitur, dissolvit cupiat & esse cum Christo, & nihilominus tamen propter ea, quæ aliis debentur, pietatis officia, vitam sibi prorogari aliquantulum optet. Horum in numero fuit Vir Ornatus & Integerrimus, Dn. HIERONYMUS JORDAN, Civis inter seniores hujus vrbis præcipuus, qui ab hinc quadrilio diem quidem clausit ultimum, sed ha ctenus ita vixit, ut memor suæ mortalitatis, neq; securitatis fomentum illam esse passus sit, neq; metu mortis animum despenderit, sed ad utrumq; paratus, cum timore & tremore salutem suam operatus fuerit. Eum natum accepimus, LIPSIÆ, anno supra Millestimum, quingentesimum, quinquagesimo septimo, die M. Augusti octavo, à parentibus honoratissimis. Patrem enim habuit sibi cognominem, HIERONYMUM JORDAN, Civem & Bibliopolam, qui negotiationem hanc jure hæreditario nactus est, ab avo GREGORIO JORDAN, Viro propter instructissimum tūm in hac urbe, tūm Pragæ Bohemorum Bibliopolium celebri: cui quoq; cum Beato D. MARTINO LUTHERO singularis noticia, sed & quoties hūc adventaret, hospitium intercessit. Frater verò piè denati GREGORIUS JORDAN, apud Imperatores augustissimos Dn. RUDOLPHUM II. & Dn. MATTHIAM, gloriofissimæ recordationis, in summa gratia fuit, præfectus *ditioni* WILDESTEINENSIS in superiori Austria, & nobilitatus ab Imperatore RUDOLPHO II. ut diplomata ostendunt. Matrem autem habuit ANNAM, filiam viri spectatissimi, Dn. M. JOHANNIS GÖRITII, quondam Praetoris Reipublicæ Lipsiensis meritissimi, fœminam piam & honestam. In prima pueritia i *μακαρίτη*, non solum sub institutione fideli D.M. LESCHERI, literis & sacris diligenter initiatus est, sed ubi etiam ad tempus studiis Philosophicis invigilasset, ad Jurisprudentiam animum adjunxit, & in ea tantas, pro arte, fecit progresiones, ut paulò post à Viro Magnifico & Nobilissimo, Dn. GEORGIO a Garlewitz/ Consiliario Cæsareo, & Comite Palatino eminentissimo &c. Notarius Publicus crearetur; cuius novæ dignitatis suæ, præter alios viros præcipuos, testem & spectatorem sibi constituerat, piè denatus, Virum quondam Reverendum & Amplissimum, Dn. ZACHARIAM SCHILTERUM, SS. Theologiae Doctorem & Professorem. Ubi verò post mortem parentum suorum deficeret occasio continuandi studia, aliud vitæ genus amplexus, ad mercaturam, in qua favebant habuit Dn. SEBASTIANUM Schweickardt / se convertit, inq; negotiationibus MAURITII Rindens / olím Mercatoris hujus loci, officio librarii functus fuit. Post obitum utriusq; papyropolium aperiendo negotiari cœpit, & in hac statione satis tolerabili omne postea vitæ suæ tempus transgredit & finivit, sine offensa ullius & impedimento. Anno supra Millestimum, sexcentesimum, secundo, nuptias inicit, cum fœmina ornatissimâ REBECCA, Dn. GEORGII Wittichs/ Civis & Mercatoris spectatæ in vrbe MYSEN a vidua, filiâ quondam Amplissimi & Consultissimi Viri Dn. LEONHARDI Badehorns/ Philosophiae & Juris utriusq; Doctoris, divisorum MAURITII & AUGUSTI Electorum Saxonia Consiliarii, Facultatis Juridice Senioris, Curie Provincialis & Scabinatus in hac urbe Electoralis Assessoris, & Consulis. Cum hac vxore sua piè demortuus in conjugio honora-
to vixit, annos viginti quinq;: Pater factus vnus Masculi, qui statim in pueritia mortem obiit, & unius fæmellæ, VERONICAE quam anno supra millestimum, sexcentesimum, vigesimo, honestissimè elocavit, Viro Reverendo & Amplissimo Dn. HEINRICO HöPFNERO, SS. Theologiæ D. & Professori publico, sed ante annos tres cum dimidio in vitam æternam præmisit. Quod ad reliquam *μακαρίτη*, vitam attinet, cognovimus eum hominem rectæ mentis & apertæ voluntatis; hancq; laudem à Majoribus suis in hac ipsa urbe, continua ducentorum annorum serie acceptam & comprobata, ille constanter tenuit, ad supremum usque vitæ suæ tempus. Ad hæc salutaris doctrinæ Christianæ cultor fuit studiosissimus, conciones & preces sacras diligentissimè obiit, sacram cœnam Dominicam quotannis aliquoties, id quod etiam nupero die Jovis factum, usurpavit, domi stata pietatis exercititia habuit, & in primis Psalterium, cum commentariis præcipuorum autorum, pro meliori intelligentia, sèpius perlegit. Præterea sublevavit pauperiores, pro modo facultatum suarum, iisq; beneficentiam suam omni loco & tempore declaravit, deditq; operam, ut testamentum à Materterra, VERONICA Rappoldin / piæ memoriae, conditum, se executore, in viola-
um custodiretur, idq; ut similiter fieret post obitum suum, serio mandavit. Quamvis autem summam ætatem, ad quam pervenerat piè demortuus, ei beneficio singulari, satis bellè portare visus est, omni tempore: accidit tamen, ut suberto tumore aliquo præternaturali, in calce pedis fini-
i, hactenus per trimestre ferè spatum, exquisitissimos dolores sustinuerit, qui omnem etiam cibi & potus appetitum ipsi ademerunt. Hinc
viliæ crebriores, *αρροφία* & alia senectutis, quæ per se morbus est, incomoda supervenerunt, quibus omnibus vires in corpore imbecilliores latim attenuari, atq; ita per absunctionem balsami vitalis & exhalationem spirituum, frustrè adhibitis medicamentis eum extingui tandem o-
tuit. Quod cùm ipse animadverteret, ad horam decretoriam ita se paratum fecit, ut singulis momentis eam expectaret, & cum CHRISTO JESU, emptore suo, esse, precibus & suspiriis ardentissimis expeteret. Hinc factum, ut proximo die Solis, post sextam matutinam, placidissimè, & arasmo quodam senili consopitus, vitam cum morte commutaverit, in vera & salutari invocatione JESU CHRISTI, anno ætatis suæ septua-
io exacto. Cum itaq; die hodierno, post I. pomeridianam, funus efferendum sit & terris mandandum, omnes Academiæ nostræ cives mur, ut ejus deductionem præsentia & frequentia suâ cohonestent, & debitâ *τυπωθεῖ* suam pietatem, & illam, quam sibi literati sumunt, hu-
rarem, viduæ & *μακαρίτη*, & familiæ honoratissimæ demonstrent. Faxit Deus optimus maximus, qui vita nostra est & longitudo dierum nostro-
rum, ut mortis nec indurescamus contemtu, neq; metu remollescamus. PP. die XXVI. M. Septemb. Anno Christi M. DC. XXVII.

LIPSIÆ, Excudebat GREGOR. Bätzsch.

PETRIAQUIS CONSPECTACULUS
AVCOBUS
DEI QUADRILLIV

52

THE LITERARY MAGAZINE FOR YOUTH



mortalitatis, quam
ferunt obitus, sed a
tas, quam si ad hun
ito, & nihilominus
Ornatissimus & Int
clausit ultimum, fec
i tantum patienter suorum
ni contingere potest felici-
vi cupiat & esse cum Chri-
torum in numero fuit Vir
c quatuor diem quidem
metu mortis animum de-

Eum natum accepimus, LIPSIÆ, anno supra Mil-
sponderit, sed ad utrumq; paratus, cum timore &
tremore suam operatus fuerit.
Eum natum accepimus, LIPSIÆ, anno supra Mil-
sponderit, sed ad utrumq; paratus, cum timore &
tremore suam operatus fuerit.

THEORUM RERUM, apud JURAN, & quae
adventaret, nequaquam nunc
DNI. RUMPHII, & DNI. MATTHIA
peratores augustinos DNI. RUDOLPHI,
etus ditioni WILDENSTEINI in superiore
autem habuit ANNAM, filiam viri speciosissimi,
nam piam, literis & sacris diligenter instituta est,
In prima pueritia iuxæq'itns, non solùm sub institutione fidelis D.M. LESCHERI,
sed ubi etiam studiis philosophicis in vigiliasset, ad lumen progressum adtempus, fecit prudenter, & in ea tantas, pro aetate,